sunt omnia ossa mea. Ego autem es
timabam me tanquam mortuum sup
terram. Et dederunt in es
cam meam fel et in siti mea potaverunt
me aceto. Ego autem.
Libera me de sanguinibus deus deus
meus et exaltabit lingua mea iusticiam tu
am. euouae. Contumelias et terrores
passus sum ab eis et dominus mecum est
tanquam bellator fortis. euouae. Ipsi ve
ro invanum quesierunt animam meam in
troibunt in inferiora terre. euouae. Om
nes inimici mei audierunt malum meum
domine letati sunt quoniam tu fecisti. euo
vae. Alliga domine in vinculis nationes
gentium et reges eorum in compedibus. euouae.
Symon dormis non potuisti una
hora vigilare mecum. euouae. Bened.

Presta quesumus omnipotens deus. ut qui nostris
excessibus incessanter affligimur.
per unigeniti tui passionem liberemur.
Qui tecum.
Tanto tempore vobiscum eram
docens in templo et non me tenuistis modo
flagellatum ducitis ad crucifigendum. euouae.
Omnipotens sempiterne deus qui christi
tui beata passione nos repa
ras. conserva in nobis opera misericordie
tue. ut in huius celebritate myste
rii. perpetua devotione vivamus. Per.
Zelus domus tue comedit
me et obprobria exprobrantium tibi ceci de
runt super me. euouae. Salvum me fac.
Avertantur retrorsum et erubescant qui
cogitant michi mala. euouae. Deus in ad
iutor. Deus meus eripe me de manu
peccatoris. euouae. [illegible] Homo pacis
mee in quo sperabam.
Quomodo sedet sola civitas
plena populo. facta est quasi
vidua domina gentium. princeps pro
vinciarum facta est sub tributo.
Plorans ploravit in nocte et lacri
me eius in maxillis eius. Omnes
amici eius spreverunt eam. et facti

License: public_domain – Gent, Rijksarchief te Gent, Varia D, nr. 3360/1, fol. [2]r – Noted breviary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-pj8m/5461/51876)